

nec dominus nec ſancti vocantur ad nup-
cias multorum niſi inquantum non poſſunt di
mittere ꝓpter pudorem ſed ſunt ibi hiſtriones
et luſores. nec ad benedictionem accipien
dam a ſacerdote ſm ꝙ preceptum eſt. ¶ Nam quadruplicē nubentium inſtituit do
minus benedictōnem ad quatuor bona im
petranda que nubentibz ſunt valde neceſ-
ſaria que ſunt mūdicia. proles. cōcordia vi
ta. Et quia benedictōnem ad huiuſmōi nō
percipiunt ſi aliquod illorum defuerit im-
putent ſibi. primo ꝙ plus eſt quidam eorum
nec audiunt miſſam ſed cantant eis et be-
nedicunt hiſtriones ſacerdotes Baal. primo
diaboli ꝓueniunt comitantur et ſequūn
tur loco ſacerdotum ſuper bedelles ſine in-
teſtina arietis cantant eis miſſas et facūt
truffas clamando ac ſaltādo et loco ꝓfiſti
et pauperum ioculatores viles tollunt bo
nas veſtes quas deludant et familia dei et
pauperes et boni qui ſunt fratres et ſoro
res ꝓfiſti nudi ſtant et famelici. nec micas
habere poſſunt de menſa cum canes inte-
gros tollant panes. et cum tollunt rident
pauperes vero et lazaros deridet. Et ido
minatur eis dominus pſa. quinto. Cythara
et lira et timpanum et tibia et vinum in cō
uiuiis veſtris et opus domini non reſpici-
tis ꝛc̄. ꝓterea ꝛc̄. ¶ Nota ibi minatur ipſis
famē ſitim captiuitatem ꝛc̄. quia opus do-
mini. id eſt ſacramentum nupciarum ad qō
factum ſit non reſpiciunt et opera manuz
eius. id eſt ad pauperes quia ad hoc inſtitu
te ſunt vt pauperes ibi paſcantur Jacobi
decimoquarto. ¶ Cum facis conuiuium voca
pauperes et debiles. primo compelle itrare
vt fecit dominus et expelle diabolos ribal
dos hiſtriones et tibicines. Sed heu totuz
ſit contrarium vnde ſepe conuertuntur eis
in in luctum Machabeorum nono. Conuer
ſe ſunt nupcie in luctum et vox muſicorum
in lamentum. ¶ Similiter eſſe debent cuz
timore dei in lecto vbi ſoli ſunt. Et eſſet eis
vtile facere ſicut raphael docuit iuuenem
thobiam Thobie ſexto Tu autem cum ac-
ceperis eam ingreſſus in cubiculuz ꝓ tres
noctes continens eſto cum ea et ad nihil a-
liud niſi oracōnibus vacabis cum ea/ Trāſ-
acta autem tercia nocte accipe virginem
cum timore dei amore filiorum magis q̄m li
bidine ductus. vt in ſemine abrahe benedi
ctōnem in filiis conſequaris quod et fecit.
vnde dixit capitulo octauo. Surge ſara et
deprecemur dominum ꝛc̄. Et poſt filij ſanc-
torum ſumus ꝛc̄. Sic et nunc facere debe
rent. Et cuz orarent apprehendit raphael
demonium ꝛc̄. Videtur ex hoc ꝙ non eſt li
gatus demon quo ad multos q̄m male nu-
pcias inchoant et male continuant. Quia
ſemper ſunt in rixa et dolore et male conſu
mant. inordinate et damnabiliter viuētes.
credentes eis licere que non licent ꝓ qui
bus quandoqz durius damnantur licet ne
ſciant q̄m publice fornicantes. ¶ Ff. Ter-
cio ergo videndum qualiter poſt nupcias
viuere debeant vſqz ad mortem. et qualiter
regulam matrimonij conſeruare debent. hec
autem regula tria habet capitula principa-
lia que quilibet profitens religionem di
ſtricte promittit obſeruare et eadem in or
dine matrimonij ſunt obſeruanda. qui or-
do fuit primus omnium ordinum que quod
āmodo in manu preſbiteri ſe ſeruare pro-
mittit vt monachus in manu abbatis licet
non ita perfecte. Etſi hec vel hunc ordinē
non ſeruat deteſtabilis eſt vt monachoz
apoſtata. Et de illo ordine non licet exire
vllo modo vt monacho de ſuo dum de ſuo
dum vivit niſi ad alcōrem et hoc cum mul-
to conſilio. Hec tria ſunt obedientia. pau-
pertas et caſtitas. que tria religioſi pro-
mittunt ſtrictiſſime ſeruare et pfectiſſime.
Et ordo conjugatorum tenetur ſeruare li-
cet non ita perfecte. ¶ Primum eſt obedi
entia. Hanc religioſi tam perfecte et taz di
ſtricte ſeruare tenentur vt in omnibus o-
bediant que non ſunt contra deum vel ani
mam. Coniugati ſimiliter promittunt obe
dientiam. licet non ita diſtrictam. ſed talez
ꝙ ab illo die quo ſe matrimonialiter copu-
lant quo ad carnalem copulam neuter po-
teſtatem ſui corporis habet vt dicitur pri-
ma Chorinthiorum ſexto. Mulier poteſta
tem ſui corporis non habet ſed vir et con-
uerſo. gloſa in hoc pares ſunt vir et mulier
mutuum ſibi debitores. ſcilicet in hac cauſa.
ne peccandi daretur occaſio. In aliis ve-
ro preeſt vir huiuſqz. gloſa Siue in menſa
ſiue in via ſiue in ceteris temporalibus ma
trimonio conuenientibus. Et ideo poſt co
pulam longa ligamine peph circa collum
et circa ſenſus qui in capite ſunt femina li-
gatur primo capite nuda vt in hoc oſtenda
tur ꝙ quaſi ligatam poteſt eam ducere ad
partes lōginquas ſi ſibi videtur expedire
Et cum ei dicit tacendum taceat et huiuſ-
modi Nec femine videtur hoc graue. q̄nto
enim hic magis ſuppeimitur tāto in celo ap
cius ſubleuetur. Poſter primo. Cunctę uxo
res deferant maritis ſuis honorem. ¶ Se-
cundum eſt renunciacō ꝓpriorum vt in ſin
gulari nihil habeant ſed in comuni. Sed in
ordine matrimonij rerum illarum quas ha
bent vel comportauerunt non debet alter

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0404
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt